

**1096-1141- Hugo De S Victore - Vita Operaque. Catalogi Duo Veteres Operum Hugonis A S Victore  
Migne - Patrologia Latina - Volumen 175: Col CXLI - CLIIA**

[CXLI]

**CATALOGI DUO VETERES OPERUM HUGONIS A S. VICTORE.**

(Primus edidit et notis illustravit D. HAURÉAU, *Bulletin des comités historiques, juillet 1851, p. 177.*)

Nous empruntons ces documents, dit M. Hauréau, à un manuscrit de l'abbaye de Saint-Victor, qui a successivement porté les numéros 122 et 668, et qui figure aujourd'hui sous le numéro 473 parmi les volumes de cette abbaye qui sont entrés à la Bibliothèque nationale. C'est un recueil écrit au XIV e siècle et composé de divers fragments relatifs à l'histoire de Saint-Victor, à la suite desquels viennent quelques opuscules théologiques. C'est là, sans doute, que Martène a pris la notice sur Adam de Saint-Victor, qu'il a insérée dans le tome VI de son *Amplissima collectio*; mais il a négligé d'autres notices non moins intéressantes, qui concernent Hugues et Richard. Nous les publierons successivement.

Aujourd'hui, nous donnerons un éloge de Hugues de Saint-Victor, et deux catalogues de ses œuvres, auxquels il sera nécessaire de joindre quelques notes.

**I. [CXLIC]**

Advertendum quod circa annum Domini millesimum XXXVIII, ordo canonicus sancti Victoris Parisiensis celebrisque fama per orbem habebatur, praecipue propter famosas quasdam et insignes personas, moribus et scientiis adornatas, quas in diversis diversarum mundi partium ecclesiis sparsit, velut vitis foecunda palmites proferens transplantandos. Hoc enim tempore fuerant ibidem accepti canonici professi prelati in Ecclesia Romana, duo cardinales, magister Yvo cardinalis et dominus Hugo, episcopus Tusculanus; magister Achardus, episcopus Abricensis; abbates quoque IX in ecclesia sancti Saturi Bituricensis, abbas Radulphus sanctae Genovefae Parisiensis, abbas Odo sancti Euverti Aurelianensis, abbas Rogerus sanctae Mariae [CXLID] Augensis, alius sancti Bartholomaei Noviomensis, Garnerius sancti Vincentii Silvanectensis, Balduinus sanctae Mariae Alticrucis, Guibertus sancti Augustini [CXLIIIC] de Busco in Anglia, Richardus sancti Jacobi de Guiguemora in Marchia, magister Andreas, magistri Hugo, Richardus, Adam et Thomas, prior tunc Sancti-Victoris adductorque Stephani Parisiensis episcopi in episcopatu caute et subtiliter gubernando, adeo quod, sicut patet in epistola ipsius Stephani ad Innocentium papam, ipse enim Stephanus nihil in hoc laborabat, sed dictus Thomas prior totum faciebat: ideo occisus est et martyr factus a nepotibus archidiaconi Parisiensis Naucherii, viri nobilis, sed dissoluti. Unde, cum a dicto priore Thoma reprehenderetur et inculparetur, insurgens in eum coepit persecui et tandem nepotibus crudeliter est occisus. Unde, ut vindicaretur ejus mors, sanctus Bernardus abbas et praedictus [CXLIID] Stephanus episcopus hoc quomodo acciderat papae Innocentio mandaverunt. Unde, propter eorum cogens mandatum, papa fecit eum de clastro extractum [CXLIIIA] infra ecclesiam, scilicet in capella Sanctae Crucis, honorifice VII idus martii sepelire.

Circa hoc tempus obiit magister Hugo de Sancto-Victore, IV ydus februarii, summus in philosophicis disciplinis et theologia, ut patet ex libris et tractatibus suis. Fecit enim de Sacramentis <sup>[169]</sup> libros duos, plures partes habentes, de Claustro [CXLIVA] Animae intitulatum nomine Hugonis de Folieto <sup>[169\*]</sup>, monachi Corbiensis, de Archa Noe <sup>[170]</sup>, de Arra Sponsae <sup>[170\*]</sup>, de Anima Christi <sup>[171]</sup>, Didascalicon <sup>[171\*]</sup> libros quinque, de perpetua virginitate sanctae Mariae <sup>[172]</sup> librum unum, de angelica Ierarchia et ecclesiastica <sup>[172\*]</sup> librum unum, et multos tractatus de pertinentibus ad theologiam, [CXLVA] ut de Virtute Ordinis <sup>[173]</sup>, de Laude <sup>[173\*]</sup>, de quinque Septenis <sup>[174]</sup>, de Instructione Novitiorum <sup>[174\*]</sup>, super Magnificat librum unum <sup>[175]</sup>, super Lamentationes Iheremiae librum unum <sup>[176]</sup>, super Ecclesiasticen librum unum <sup>[177]</sup>, Mappam Mundi <sup>[178]</sup>, Flores ejusdem <sup>[179]</sup>, libros de Grammatica <sup>[180]</sup>, Ephitomam in Philosophiam <sup>[181]</sup>, Expositionem [CXLVIA] super Ezechielem <sup>[182]</sup>, et alia plura et subtilia. Refertur etiam de ipso, quod cum jam fere laboraret in extremis ut nullum cibum retinere posset pro nimia infirmitate, divinitus enim inspiratus, distinxit hostiam non consecratam a consecrata, quam fratres ei attulerant ne turbaretur, dixitque: «Misereatur Deus vestri, fratres; cur me deludere [CXLVIIA] voluistis? Iste non est Deus meus quem deportastis.» Mox stupefacti corpus Domini attulerunt, sed, recipere non valens, elevatis in coelum manibus ait: Recidat filius ad patrem et spiritus ad eum qui fecit illum;» et haec dicens corpus Dominicum inter ejus manus cum anima evanuit; spiritusque [CXLVIIIA] (sepultusque) est in clastro juxta introitum ecclesiae sancti Victoris Parisiensis. Hic fuit Saxonius genere et ortu, de potenti parentela, adduxitque apud Sanctum Victorem avunculum suum, cuius sumptibus fere tota aedificata fuit ecclesia Sancti Victoris et omnes officinae.

## II. [CXLVIII]

Au folio 5 de notre manuscrit, on lit une épitaphe de Hugues de Saint-Victor, qui est tout à fait dépourvue d'intérêt. Nous la supprimons, pour donner le second catalogue des œuvres de Hugues, auquel cette prose emphatique sert de préface. **[CXLVIIIB]**

De Sacramentis libri duo. Primus continet duodecim partes, secundus vero sexdecim<sup>[183]</sup>.  
 De Medicina Animae<sup>[184]</sup>;  
 De Meditatione<sup>[185]</sup>;  
 De Incarnatione Verbi<sup>[186]</sup>;  
 De tribus Voluntatibus in Christo<sup>[187]</sup>;  
 De Potestate et Voluntate Dei<sup>[188]</sup>;  
 De Sapientia Christi<sup>[189]</sup>,  
 De Substantia dilectionis<sup>[190]</sup>,  
 De Operibus trium dierum<sup>[191]</sup>; **[CXLVIIIB]**  
 De anima libri<sup>[192]</sup>;  
 De Claustrō Animae libri quatuor;  
 Libellus ad socium volentem nubere<sup>[193]</sup>;  
 Expositio Orationis dominicae<sup>[194]</sup>;  
 De Archa Noe libri quatuor;  
 Didascalicon, de studio legendi, libri quinque;  
 De Virtute orandi;  
 De institutione Novitiorum commissorum ad religionem;  
 De disciplina Monachorum<sup>[195]</sup>; **[CXLIXA]**  
 De arra Animae;  
 De Cantico beatæ Mariae<sup>[196]</sup>;  
 De Vanitate mundi libri quatuor<sup>[197]</sup>;  
 De laude Caritatis;  
 Item aliud tractatus de dominica Oratione;  
 De Septem donis<sup>[198]</sup>;  
 De amore Sponsi ad Sponsam<sup>[199]</sup>;  
 Tractatus super Pulchritudines<sup>[200]</sup>;  
 De Scriptura sacra et ejus Scriptoribus<sup>[201]</sup>;  
 Epitoma in philosophiam;  
 Notae de quinque libris Moysis et Judicium, et Regum<sup>[202]</sup>;  
 Speculum ejusdem de Mysteriis Ecclesiae<sup>[203]</sup>;  
 De professione Monachorum<sup>[204]</sup>; **[CLA]**  
 Distinctiones vocabulorum<sup>[205]</sup>.  
 De Conscientia<sup>[206]</sup>;  
 Confessio ejusdem ad abbatem<sup>[207]</sup>;  
 De Differentia divinae ac mundanae theologiae<sup>[208]</sup>;  
 Super coelestem Iherarchiam capitula quindecim;  
 Benjamin ejusdem<sup>[209]</sup> Mysterium Ecclesiae;  
 Expositio litteralis visionis Ezechielis;  
 Expositio super Cantica<sup>[210]</sup>;  
 Bestiarium ejusdem<sup>[211]</sup>;  
 Super Ecclesiasten Homeliae quindecim;  
 Liber de Grammatica;  
 Sententiae ejusdem<sup>[212]</sup>; **[CLIA]**  
 Expositio pulcherrima super regulam beati Augustini<sup>[213]</sup>;  
 Historiae ejusdem<sup>[214]</sup>;  
 Super Lamentationes Iheremiae liber unus;  
 Super Iherarchiam Dyonisii angelicam liber unus;  
 Notulae super quosdam versus Psalmorum<sup>[215]</sup>;  
 De perpetua Virginitate beatae Mariae;  
 Liber de Claustrō animae, intitulatus nomine Hugonis de Folieto, monachi Corbiensis;  
 Notulae super Johannem<sup>[216]</sup>; **[CLIIA]**  
 Speculum ejusdem<sup>[217]</sup>.  
 De cibo Emmanuelis<sup>[218]</sup>;  
 Mappa Mundi;  
 Flores ejusdem.

Multa et alia opuscula fecit, quae apud illum nota sunt, ex cuius dono et gratia tot et tanta subtilia volumina compilavit. Haec autem hic breviter redacta sunt ut devotus inspector praesentis sepulturae et pius lector istius cedulae Deo, ex cuius munere et gratia haec sunt habita, gratiarum exhibeat uberrimas actiones.

---

### Cooperatorum Veritatis Societas

© 2006 Cooperatorum Veritatis Societas quoad hanc editionem iura omnia asservantur.

Litterula per inscriptionem electronicam: [Cooperatorum Veritatis Societas](#)

«Ubi Petrus, ibi Ecclesia, ibi Deus (Ambrosius) ... Amici Veri Ecclesiae Traditionalisti Sunt.» Divus Pius X Papa: «*Notre Charge Apostolique*»